



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Ephemeris Ecclesiastica Concionatorvm Hoc Est Considerationes Methodicæ Sev Veritates Practicæ**

Ex Vita Domini Jesu, Sanctorumque Gestis In Singulos anni dies mira  
facilitate & solertia distributæ ... ; Cum indicibus necessariis

Pars Æstiva - A Dominica SS. Trinitatis, ad Dominicam decimamquintam  
post Pentecosten

**Haineuve, Julien**

**Coloniæ Agrippinæ, 1665**

Ecce didi te in lucem Gentium, ut sis salus mea usque ad extremum  
terræ. Quanto salutem omnium studio procuravit sanctus Ignatius, tam  
studiosi omnes illius esse debent, quibus est curæ sual salus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44226**

# DE EODEM SANCTO, AD HÆC VERBA ISAIAE 49.

*Ecce dedi te in lucem gentium, ut sis salus mea, usque ad extre-  
mum terræ.*

## ALIA VERITAS PRACTICA.

**Quanto** salutem omnium studio procuravit  
sanctus Ignatius, tam studiosi omnes illius esse  
debet, quibus est curæ sua salus.

**RATIO EST.** Quia quanto hic salutem om-  
nium studio procuravit, sanctus Ignatius, tam  
potens est in celo pro aliis ad eorum salutem  
promovendam qui fuerint ita studiosi, qui-  
ve ad illum propere studio recurrerint adju-  
vandi.

Sed quibus est curæ sua salus, tam studiosos esse  
par est illius Sancti, quam potens est in celo pro  
aliis ad eorum promovendam salutem.  
Ergo quanto salutem omnium studio procuravit  
sanctus Ignatius, tam studiosi omnes illius esse  
debet quibus est curæ sua salus.

**DISCURSUS** non minus est facilis quam uti-  
tilis. Prima propositio continet dogma com-  
mune de diversis Sanctorum meritis quibus par-  
in celo respondet gloria, beatitudo, potentia,  
& singularis quedam efficacitas ad certas qual-  
dam hominibus communicandas gratias quas  
alii non conferrent. Sic usitatum in Ecclesia  
est nimis, ut vel pro certis malis depellendis  
vel bonis quibusdam impenetrandis, ad usum è  
Sanctis potius quam ad alium recurritur, quia  
videlicet hæc illi singularis à Domino data est  
gratia & potentia ut sic colatur Sanctus in Deo,  
& Deus in Sancto glorificetur. Sic autem dici-  
tur illa singularis Sancti potentia ipsius meritis  
respondere, quatenus inter se habent quandam  
analogiam & similitudinem, ut qui dum vive-  
ret, misericordia, castitatis aut alterius virtutis  
& honorum operum laude præcelluerit, pa-  
rem in celo vim habeat similis gratiae confe-  
rendæ. Vide sanctum Bernardum sermonem de  
sancto Nicolao & de alijs sanctis.

Cam itaque sanctus Ignatius dura vixeret,  
singulari salutem omnium studio procuravit,  
quod facile est ex eius vita declarare, plane id

sequitur ut modò in cœlis, tantum præ ceteris  
possit in hoc genere beneficij conferendi, quan-  
tum in terris excelluit bene merendo de omni-  
bus, & omni studio salutem proximi conqui-  
rendo. *Euge serue bone & fidelis quia super pau-  
ca fuisti fidelis, super multa te constituam.* Hæc est  
videlicet remuneratio multiplicati talenti, ut in  
quo quis administrando fidelis fuerit, fiat po-  
tentior in eo dispensando. Quod &c alia Parabo-  
la Dominus expressum nobis voluit paulo di-  
stinctius, cum sic negotiantem servum induc-  
rationem sua negotiationis reddenter. Domi-  
ne, Matria decem mñas acquisivit. Et a illis  
euge bone serue, quia in modico fuisti fidelis, eris  
potestarem habens super decem civitates. Et alter  
venit dicens, Domine, mna tua fecit quinque  
mñas. Et huc ait, & tu eslo super quinque civi-  
tates. ANIMA significantur, inquit sanctus  
Ambrosius, quibus jure reponitur, sicut enima  
Angeli presunt, ita qui vitam moruerunt Ange-  
lorum.

**SECUNDA** propositio est evidens ipso na-  
tura humine, confirmari vero etiam Sanctorum  
Patrum dictis, tum piorum exemplis hominum  
qui sua vota his potius deferunt, à quibus spe-  
ravit certius le quod orant obtenturos.

Sic apè Divus Ambrosius ad sanctos Petrum  
& Andream, qui priumi ex omnibus sua relique-  
runt omnia, recurrentum ait pro cupiditatibus  
nostris reprimendis, *Ama, inquit, propinquita-  
tem Petri, affinitatem Andree, ut pro te rogen;* &  
*recedant cupiditates tua verbo Dei pullæ.* Quali  
diceret: illi sunt præcipue adeundi qui sunt in-  
doo quod postulas conferendo præcipui.

Sic itaque, si tibi curæ est tua salus, studiosum  
te illius Sancti exhibe, qui quantum in terris fa-  
luti omnium procurandæ studuit, tantum in cœ-  
lis modò potest eam procurare omnibus sibi  
studiosis, derenderò illis gratias efficaces, qua-  
zioquin forte non accepissent & quantum defen-  
du perirent.

O gratiae nullis sat dignis quæsiæ precibus  
& gratiae nullis sat multis obtentæ votis.

IN